



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXV. Der Römische König Rudolph publizirt ein Erkenntniß, worin die
vom Könige Wenzel von Böhmen in der Gefangenschaft des Markgrafen
Otto von Brandenburg gegen diesen eingegangenen Verpflichtungen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

sub nostro ducatu accipimus et securitate, quos ad nos pro sale uobis accepto uolueritis destinare, uolentes et quod hac uice eundi ac reuertendi per terras nostras liberam habeant potestatem, et quod nullus ex nostris eidem uestris conciuibus dampnum inferre presumat uel grauamen. Datum in Arneburg, VIII^o Kalend. Augusti.

Aus Lappenberg's Hamb. Urkundenb. I, S. 597. — Lappenberg schreibt diese Urkunden dem Markgrafen Otto III. zu, der 1267 starb. Es dürfte jedoch, in Betracht der Urkunde der Stadt Hamburg vom 17. Septbr. 1283, die als ein Gegeneuers in Bezug auf die obige Zusicherung angenommen werden kann, wahrscheinlich seyn, daß diese Urkunde ebenfalls in das Jahr 1283 gehört.

CCXXV. Der Römische König Rudolph publicirt ein Erkenntniß, worin die vom Könige Wenzel von Böhmen in der Gefangenschaft des Markgrafen Otto von Brandenburg gegen diesen eingegangenen Verpflichtungen für nichtig erklärt werden, am 23. August 1283.

Rudolphus, Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, uniuersis sacri imperii Romani fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad uniuersitatis uestre notitiam uolumus peruenire, quod nobis iudicio presidentibus, in uigilia beati Bartholomei Apostoli, apud Friburg in Otlandia, nuncii illustrissimi Wenceslai, regis Bohemie, nostram celsitudinem accefferunt, cum iustitia postulantes, ut per sententiam uellemus inquirere, utrum principes, uel aliquis alius cuiuscunque conditionis, uel metu inductus, expers proprie libertatis, fideiussionibus, stipulationibus uel aliis obligationibus, se posset constringere uel artare, ita quod in posterum ipse huiusmodi obligationibus sic extortis posset impeti uel aliquo pacto conveniri, tanquam efficaciter obligatus. Quod ad instantiam dictorum nuntiorum per sententiam postulauimus diffiniri: et sententiatum extitit a principibus, comitibus, nobilibus et aliis imperii fidelibus, qui ipsi iudicio presentes aderant, quod principes uel alius quilibet ad ea, que uel metuue coactus promitteret, uel quibuscunque pactis obligatoris se adstringeret, factus sui compos, nullatenus teneretur et tales pactiones obligatorie qualescunque, censende forent irritae penitus et inanes. Quam uero sententiam nostra approbatione sequente prolata predicti nuncii ad speciem deducentes nostro calumini supplicauerunt, si inclytus Wenceslaus, heres regni Bohemie prenotatus, quem illustris marchio de Brandenburg aliquo tempore contra propriam detinuit uoluntatem, deinde fretus propria uoluntate ad completionem illorum pactorum taliter extortorum atque consumationem obligationum quarumcunque, sub quibus eidem marchioni pro uiginti milibus marcarum obligauit ciuitatem Sitawie et castrum Ronaw cum eorum pertinentiis, castrum de Harffenstein et ciuitatem cum omnibus aliis attinentiis, castrum Beddier cum suis pertinentiis, castrum Detzenin cum suis pertinentiis, ciuitatem Ufk et castrum cum eorum pertinentiis, ciuitatem Bruks et castrum cum eorum pertinentiis, nec non castrum Sandowe cum suis pertinentiis uniuersis, sub quibuscunque etiam promissionibus taliter extortis ipsi marchioni pro duobus milibus marcarum fideiussores, per modum extorsionis coactus, posuit et pro quinque milibus marcarum, quas se daturum promisit, aliquo pacto teneatur; maxime cum inter nos et dictum

marchionem, cum eius iuri antedictum heredem regni Bohemie cum suo regno, usque ad certum tempus committeremus, intercesserit certa conventio, digna in suo robore observari, videlicet quod expirante certo tempore, quod conventioni adjectum fuerat, prenominatum heredem regni Bohemie una cum suo regno sine quovis damno vel dispendio vel quantumvis injuria sine petitione quarumlibet expensarum iuxta legem conventionis restituet pleno iure, cujus tamen conventionis legibus dictus marchio obvians, minus iuste pactiones, obligationes, fideiussiones extorquens indebite, quod promisit, penitus violavit, atque singula superius expressa; principes, comites et nobiles, qui in eodem aderant iudicio, per nos requisiti sententionando protulerunt, quod sepe dictus heres regni Bohemie ad completionem dictorum pactorum, promissionum, fideiussionum, nec non quatumcunque obligationum ab eo taliter extortarum per dictum marchionem, nullatenus sit adstrictus, sed a predictis omnibus per sententiam debeat liberari et ubique penitus absolvi, obligationes etiam dictorum bonorum, promissiones, fideiussiones, ipso iure debeant pro cassis et irritis estimari. Unde nos videntes et provida meditatione pensantes, ipsam sententiam de equo iure subnixam, eam autoritate regia approbamus, obligationes dictorum bonorum seu pignorum, fideiussiones, promissiones, prout superius expressum extitit, cum contra ius et equum sint extorte a dicto marchione in dicti heredis preiudicium et grauamen, per sententiam, prout coram nobis extitit sententionatum, irritantes, fideiussiones a suis promissionibus absolventes, cives, burgenfes et quoscunque alios homines dictorum castrorum, oppidorum seu civitatum a sacramentis seu promissionibus dicto marchioni ad mandatum dicti heredis, vel alio quocunque modo prestitis, absolvendo, mandamus vobis univfersis et singulis, quatenus ipsum heredem regni Bohemie, quem mediante dicta sententia ab obligatione dictorum bonorum et aliis pactis, fideiussionibus cum fideiussoribus datis absolvimus et denuntiamus absolutum, a predictis omnibus et singulis dicto modo prestitis habeatis penitus (liberum), scientes eum ad perfectionem seu consumationem dictarum obligationum aequaliter non teneri. Testes, qui premissis sententie interfuerunt, sunt:.. Argentinenfis, H. Basiliensis episcopi, Lud. aule nostre cancellarius, nobiles viri H. marchio de Hoberg, F. burgravius de Nurnberg, Al. de Hohemberg, Egeno de Fürstenberg, comites de Nifen, B. de Geroldfteke, nobiles et alii quam plures. Datum et actum Freyburg in Ottlandia, X. Kalendas Septembris, indictione undecima, anno domini MCCLXXXIII^o, regni vero nostri anno X^o.

Original in Wiener Archive. Abdrücke in Perz, Monumenta Germaniae historica. Tom. IV. Legum Tom. II. p. 444. 445. und Sommersberg Scriptor. Silesiac. p. 939.

CCXXVI. Die Stadt Hamburg verspricht allen zu ihr kommenden Kaufleuten des Markgrafen Otto von Brandenburg ihren Schutz, am 17. September 1283.

Nos consules et vniuersitas ciuitatis Hamburgensis notum facimus vniuersis presencia visuris, quod nos omnes homines et mercatores illustris principis, domini Ottonis, marchionis Brandenburgensis, in nostra ciuitate tanquam nostros ciues, ad nos cum